

1450 September 27, Assisi.¹⁾

Nr. 938

Walterus de Gouda, litterarum apostolicarum scriptor und de maiori parco abbreviator sowie familiaris continuus commensalis des NvK, an Nikolaus V. (*Supplik*). Bitte um Ergänzung seiner kürzlichen *Supplik*.²⁾

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 446 f. 120^{rv}.

Der Papst habe ihm nach Ausweis der in diesem Sinne gezeichneten *Supplik* den zweijährigen Erwerb einer weiteren Pfarrkirche neben der schon von ihm in Besitz gehaltenen Pfarrkirche zu Beverlo in der Diözese Lüttich gestattet. Die entsprechende Bulle möge mit der Klausel ausgestellt werden: quod nonobstantia dicti W. habeantur pro sufficienter expressa. — Nikolaus V. billigt mit Fiat.

¹⁾ Datum der Billigung.

²⁾ S.o. Nr. 925.

1450 Oktober 29, Xanten.

Nr. 939

Die Räte des Hg. von Kleve an Bürgermeister und Rat der Stadt Soest. NvK als Richter im Köln-Klever Streit.

Or., Pap.: SOEST, Stadtarchiv, XX 7 f. 410^{rv}.

Druck: Hansen, Westfalen II 74 Nr. 47.

Die Soester sollen nicht mit dem Eb. von Köln verhandeln, da es ohnehin bald zu einem Ende kommen werde, ange- sien dat die eirwerdige her Clais Cußa, nu cardinaell, tot sulker gebreken in der swoenen mede tot eynen richter genoempt is etc.

1450 Oktober 31, Rom S. Maria Maggiore.

Nr. 940

Nikolaus V. an alle Kleriker und Laien in der Stadt Trient und in den Tälern an der Etsch in den Diözesen Trient und Chur sowie an alle Einwohner der Diözese Brixen. Er berichtet ausführlich über die Ereignisse seit dem Ableben B. Johannis von Brixen, über die Beeinflussung der Neuwahl durch Hg. Sigismund, über das widerspenstige Verhalten von Herzog und Brixner Kapitel und über die von ihnen dadurch herausgeforderten kirchlichen Strafen. Er mahnt die Adressaten, Hg. Sigismund keine Hilfe zu leisten.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 412 f. 362^r-364^v.

Erw.: Vansteenberghe 166f. und 169.

Entwurf des Textes durch NvK (oder Teilnahme daran) ist von der Sache her wie auch aus stilistischen Gründen (z.B. quomodo Z. 1, 78 und 96) in Betracht zu ziehen.

Ad vestram noticiam deducimus, quomodo nos alias audita morte bone memorie Iohannis tunc epis- copi Brixinensis propter conservationem et utilitatem ecclesie Brixinensis de consilio venerabilium fra- trum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium motu proprio providimus de persona dilecti filii Ni- colai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis, viri utique per Almaniam notissimi, de dicta eccl- esia¹⁾, arbitrantes supervacuum expectare tempus, quo usque nobis electio aliqua presentaretur, scientes 5 tam ex iuramento ab ipso Iohanne, dum viveret, in lesionem dicte ecclesie et favorem nobilis viri Sigis- mundi ducis Austrie contra rationem extorto²⁾ quam accessu ipsius ducis cum multorum armatorum co-

¹⁾ Nr. 872.

²⁾ Dazu Jäger, Streit I 14f. und 20f., mit der Erläuterung: "und so seien wir Herzog Sigismund gleich bei seinem Regierungsantritte auf nichts Geringeres losgeben, als auf eine Säcularisierung der Bistümer Trient und Brixen zur

pia ad civitatem Brixinensem electionis tempore⁸⁾ atque aliis oppressionibus multis ecclesie Tridentine, que dietim per ducem ipsum fiunt⁹⁾), nequaquam per liberam electionem de utiliori et digniori posse provi-
10 deri. Significa^{vi}mus autem hanc nostram provisionem ipsi duci¹⁰), quam, si utilitatem dicte ecclesie Bri-
xinen sis dilexisset, uti verus advocatus tenetur, merito gratam habuisset. Unde cum multiplices littere
15 nostre tam ad ducem quam capitulum Brixinense¹¹ non prodessent, venerabili fratri nostro Iacobo archi-
episcopo Treuerensi dedimus in mandatis, ut tam ducem quam capitulum huiusmodi accederet et nostri
nomine efficeret, quod prefata provisio absque impedimento suum sortiretur effectum. Sed licet ipse archi-
15 episcopus pro execuzione sibi facte commissionis ad Brixinam festinaret, tamen opera ducis via sibi pre-
clusa extitit, et postquam in loco Potzam diocesis Tridentine duci seriosius cuncta insinuasset, que in man-
datis habuit, nobis rescripsit prefatum ducem nostre provisioni restitisse.¹²)

Unde considerantes ad nostrum officium spectare contumaces congruis remediis ad obedienciam com-
pellere, de consilio et assensu dictorum fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium civitatem
20 Brixinensem ac omnia loca dominii temporalis eiusdem ecclesie Brixinensis necnon civitatem Tridenti-
nam ac omnia loca de dominio prefati ducis, que habet in diocesi Brixinensi ac vallis prope fluvium Ata-
sim Tridentine et Curiensis diocesum, quamdui ipse dux illis locis prefuerit, strictissimo ecclesiastico sup-
posuimus interdicto¹³), donec et quoisque prefatus Nicolaus cardinalis vel procurator suus legitimus eius
25 nomine ad pacificam possessionem admissus ecclesie sue Brixinensis cum effectu atque ad hoc certificatus
fuerit et rebelles a nobis absolucionis beneficium meruerint obtinere. Verum quia, antequam hec nostri in-
terdicti sentencia sic, ut prefertur, lata in locis illis ac vicinis publicaretur, dux ipse litteras suas nobis trans-
misit¹⁴), in quibus nobis humiliter supplicavit, quatenus nos causam illam suspendere ad tres menses digna-
remur, quoniam medio tempore ipse ac assertus electus atque capitulum Brixinense oratores ad nos mitte-
rent, qui nos de meritis cause huiusmodi informarent. Et quoniam ex subscriptio ne, ubi se obediemt fi-
30 lium nostrum profitebatur, ac supplicatione ipsius cardinalis sancti Petri moti fuimus ad condescenden-
dum precibus, interdictum ipsum ad tres menses a dato littere dicti ducis suspendimus, medio tempore pe-
nitus cessantes ab omni huius cause agitacione; ymo cum in fine trium mensium non venientibus illis ora-
toribus, quos dux ipse venturos scripsit, denuo per cardinalem ipsum pro continuacione suspensionis in-
terdicti huiusmodi solicitaremur, suspensionem ipsam sub spe, quod medio tempore rebelles ad obedi-
35 ciam redirent, usque ad festum sancte Lucie virginis¹⁵) continuavimus, decernendo quod a die illa veniente
et extunc inantea in locis illis supra expressis, que ecclesiastico supposuimus interdicto, absque alia decla-

Erweiterung und Verstärkung seiner landesfürstlichen Macht.” Vgl. auch Kögl, Sovranità 164f., und J. Bücking, Frühabsolutismus und Kirchenreform in Tirol (1565–1665), Wiesbaden 1972, 20.

⁸⁾ Darüber ausführlicher unten Z. 79ff. Der Papst konnte von dem Sachverhalt am 23. März wohl noch nicht unterrichtet gewesen sein. Jedenfalls diente dieses Argument erst später dazu, die Provision wegen der schon von Anfang an notorischen Illegalität der Wahl als kanonisch zu sichern, obwohl sie die Wartefrist des Konkordats (s.u. Anm. 17) verletzt hatte. Im gleichen Sinne wie Nr. 940 später auch Enea Silvio in seiner Germania (hg. von A. Schmidt, Köln–Graz 1962, 27): In Brixinonensi ecclesia cum fuisse electio vi quadam et arte non probabili celebra-
ta, placuit Nicolao prestantissimum virum Nicolaum sancti Petri cardinalem, cuius est nomen celebre et
virtus nomine maior, ad eam provehere. Cuius id regimen est, ea subditorum cura, id bene agendi studium,
ut nemini dubium sit Romanum presulem longe melius providisse quam canonicos elegisse. Da die Bullen
und Breven vom 23. und 25. März auf die vis, in Unkenntnis des Wahlvorgangs, noch nicht Bezug nehmen, bleibt in der
Beweisführung gleichwohl ein Mangel bestehen, der umso empfindlicher wirkt, als das Argument offensichtlich auch bei
den weiteren Verhandlungen bis zur Jahresmitte noch nicht vorgebracht wurde, wie sich aus Nr. 908 ergibt.

⁹⁾ Auch dazu s. Jäger, Streit I 15–17. B. Georg von Trient mußte Hg. Sigmund die Verwaltung der Temporalien einräumen.

¹⁰⁾ S.o. Nr. 873 und 877.

¹¹⁾ S.o. Nr. 874, 878 und 902.

¹²⁾ Über Jakobs Tätigkeit bei Hg. Sigmund s.o. Nr. 908 sowie Jakobs spätere Bemerkungen; s. diese vorerst bei Koch, Briefwechsel 93 Z. 2–4, und Koch, Umwelt 81 Anm. 1 und 4. Potzam: Bozen.

¹³⁾ Bisher unbekannt. Wie sich sogleich ergibt, erfolgte keine Publikation.

¹⁴⁾ Wie Z. 101 schließen läßt, muß dieser Brief Sigmunds vom 18. Juni datieren. Zu der Frage, ob er identisch ist mit dem bei Burglehner überlieferten Schreiben, s.o. zu Nr. 903. Daß Sigmund inzwischen Vorkehrungen traf, zeigt die Ständeversammlung, die er mit Schreiben vom 3. September an den Hauptmann an der Etsch und Burggrafen in Tirol, Parzifal von Annenberg, in Sachen, “die den heiligen Vater berühren”, nach Sterzing einberief; J. A. Freiherr von Brandis, Die Geschichte der Landeshauptleute von Tirol, Innsbruck 1850, 238f. Dazu Jäger, Streit I 28.

¹⁵⁾ 13. Dezember.

racione et insinuacione strictissimum et ecclesiasticum servari debeat interdictum, tunc ulterius processuri cum invocatione auxillii brachii secularis ad alias maiores penas contra rebelles, si in sua pertinacia perstetent.

Que nos paterna caritate moti vobis omnibus et singulis per presentes insinuamus, ut, si medio tempore 40 ducem ipsum inducere non possitis, quatinus de rebus ecclesiasticis ad eum non pertinentibus abstineat et ea, que nobis et apostolice sedi divina auctoritate commissa sunt, libere agere sinat, sciatis ipsum et in hoc sibi adherentes non posse iram omnipotentis dei evadere ac se et vos in honore et communione fidelium il- 45 lessos conservare. Nam etsi multo maioris potencie foret, non credat se contra hanc apostolicam sedem om- nium ecclesiarum matrem a deo fundatam posse prevalere, a qua etiam ecclesia Brixinensis erectionem re- cepit et fidem; neque putet se a casu honoris et status sui securiorem omnibus principibus, qui se ab hac apostolica sede separarunt, quorum nemo numquam infamie notam et principatus imminucionem reperi- 50 tur evasisse. Confidimus etiam in domino, quod vos vestre salutis non eritis immemores et quod potius Christi vicario in hiis, que sue disposicioni subsunt, quam preceptis ipsius ducis obedietis. Hanc enim de vobis habemus estimacionem, qui de bona religione et obediencia plurimum undique estis commendati.

Restat nunc, ut pro honore huius apostolice sedis, cui deo volente licet immeriti presidemus, aliqua vo- 55 bis nota fiant, per que clarius conspicere valeatis ducem ac capitulum Brixinense huiusmodi nullam causam aut colorem inobedientie habere; et hinc ad illa, que dux ipse et capitulum Brixinense ad diversos Almanie pontifices et principes seculares scripserunt¹¹⁾, aliqua respondere oportunum iudicamus. Non enim expec- tabamus nos ex Almania audire ducem prefatum et capitulum illud contra nostram provisionem tempore impetrare suspensionis ad concitandum contra nos nacionem scripsisse et nuncios misisse. Nam post- 60 quam dux ipse suspensionem petiit, ita quod medio tempore omnia remanerent pacifica, ut suis terminis utamur, honestius fuisse a talibus scriptis abstinuisse. Scripsit enim nobis se obedientem filium, et tamen contra obedienciam solicitavit et consilium de a nobis appellando petiit. Putamus vos ipsi nobiscum iudi- cabitis, quod a talibus scripturis consultius abstineret et suis scripturis sub suo sigillo ad nos missis veram 65 obedienciam facto ostendendo, ut principem decet, satisfaceret.

Quomodo autem illi de capitulo, qui clerici sunt, nobis ad obedienciam astricti sint, vos non latet; cuius si memores fuissent, a talibus scripturis merito abstinuerint. Scribunt autem per Almaniā, quomodo nos recusavimus electionem recipere. Ad hoc respondemus, quod illum, qui se electum asserit, non vidi- 70 mus, neque aliquod electionis decretum nobis presentavit per se aut alium suam absenciam legitime excusantem, prout fieri debebat.¹²⁾ Non ergo recusavimus recipere, quando electio non fuit nobis modo quo debuit presentata, ymo etiam neque alio modo quam debuit fuit presentata. Nam per hoc, quod si aliqui oratores ipsius ducis se super electione audiri petebant, quam nec vidimus nec ipsi presentarunt, qui etiam nec se nomine asserti electi comparere ostenderunt ipsius absenciam excusando, nos de recusacione receptionis electionis minime notari possumus, etiam si eos in hoc audire post provisionem supervacuum iudi- 75 cavimus. Quoniam autem electio nobis presentata non fuit modo quo debuit, tunc cecidisse pretensum electum a iure suo, etiam si canonice electus fuisse, manifestum existit. Scribunt Leonardum plebanum in Tyrolis concorditer electum, sed non sunt ausi scribere eundem canonice electum¹³⁾, scientes contrarium esse notorium. Unde et licet illi de capitulo immemores salutis et honoris se per iuramentum constrinxerint velle processum pretense electionis secretum servare, ut eius iniquitatem palliarent, non minus tamen omnia notoria sunt, ita quod nos de illa electione sufficienter informati sumus et comperimus ex multiplice capite pretensam electionem penitus irritam et inanem, quoniam non reperitur forma servata, que de necessitate servari debuit, et sic dux ipse, quomodo capitulum Brixinense ibidem in hospicio ipsius ducis congregatum¹⁴⁾, quando multi armati, quos dux advocavit, domum circumdederunt, duce instantे quod

¹¹⁾ Nr. 906 (*Hg. Sigmund*). *Das Exemplar des Kapitels für Eb. Jakob von Trier von 1450 VI 29 s.o. Nr. 907.*

¹²⁾ *Das notarielle Instrument mit der an den Papst gerichteten Anzeige des Wahlaktes von 1450 III 14 (s.o. Nr. 872 Anm. 3) wäre demnach dem Papst nie vorgelegt worden. Wie sich aus dem nachfolgend Mitgeteilten ergibt, wurde über die Wahlereignisse gleichwohl nach Rom berichtet (und zwar durch solche, die sich schon damals gegen die Wahl stellten).*

¹³⁾ *In der Wahlangezeige von 1450 III 14 steht es aber gerade so: supplicamus, quatenus electionem candem sic sollemniter, concorditer et canonice . . . celebratam auctoritate apostolica . . . confirmare . . . dignetur. Etwas später: hoc canonicum electionis decretum vestre sanctitati transmittimus. Doch bezieht sich Nikolaus V. möglicherweise auf das jüngere Schreiben des Kapitels Nr. 879, in dem dann nichts von einer "kanonischen" Wahl gestanden hätte.*

¹⁴⁾ *In der Tat lässt sich Hg. Sigmund, der bis zum 7. März in Innsbruck belegt ist (INNSBRUCK, LA, Schatz-archiv, Urkundenreihe I 1923), am 12. März in Brixen nachweisen (a.a.O. I 8817). Begreiflicherweise berichtet die*

- 80 Leonardus plebanus in Tyrolis eligeretur, respondit electionem liberam esse debere et quod iuxta dispositionem decreti de electione plebanum illum ineligibilem esse¹⁵⁾ ac quod eligentes confiteri, communicare et iurare tenerentur, alias electio foret nulla.¹⁶⁾ Ex quibus et processu subsecuto clarum est capitulo veram et iustum sentenciam dedisse contra suam pretensam electionem, que sic per notoriam impressionem extorta contra ecclesiasticam libertatem timore armorum reperitur per illos facta, qui non iurarunt neque
85 alias formam canonicam observarunt, quam tamen capitulo de essencia electionis esse palam profitebatur. Scribunt etiam nos tempus presentacionis electionis non expectasse. Respondemus nos ex causis iustis et ob bonum ecclesie tunc de prefatorum fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio providisse, quando nobis optime constabat, tam ex preteritis quam presentibus, liberam et canonicam electionem utilem fieri non posse ducis violentia obstante.
- 90 Verum quia ad nos spectare iudicavimus omnia de medio fieri debere, per que directe vel indirecte occasio rebellandi possit exoriri, consideravimus colorem illum tollendum esse, quo se dux cum aliis adherentibus iuvare ntitur, quasi nos preventiendo tempus non servaverimus concordata.¹⁷⁾ Hinc nos suspendimus causam parati, prout petierat dux ipse, informationem de omnibus recipere, et ex superhabundanti, ut penitus nichil remaneret, ex quo rebellio qualecumque fomentum caperet, dilecto filio Iohanni sancti Angeli
95 dyacono cardinali dedimus in mandatis¹⁸⁾, quatinus ipse capitulo Brixinensi ac asserto electo intimaret, quomodo omnes interesse habentes per nos aut nostrum commissarium audire et de veritate processus asserre electionis ac merito asserti electi nos plene informare et in omnibus concordata cum inclita natione Alamanie observare vellemus non obstantibus quibuscumque, et quod tempus arreptionis itineris iuxta constitutionem Nicolai pape iii predecessoris nostri, que incipit ‘Cupientes’¹⁹⁾, de qua fit mentio in
100 concordatis, non sequeretur kalendas septembribus. Hunc autem terminum kalendarum posuimus, quia infra tres illos menses, infra quos dux ipse scripsit oratores ad nos venturos et que decima octava septembribus expirarunt, non potuit, ut de se patet, longior terminus assignari. Hanc autem intimationem ante fluxum kalendarum in civitate Brixinensi factam esse constat. Expectavimus igitur, ut veniret, qui venire debebant; qui si venissent et electionem presentassent, nos, prout intimatum fuit, processissemus et concordata per omnia servassemus provisione per nos facta et quibuscumque aliis non obstantibus. Verum postquam nos post effluxum temporis per ducem petiti et infra, quod a tempore statuto pro itineris arreptione ad nos accedere potuerunt, expectavimus et eos, qui venire debebant, non vidimus, per alios viginti dies etiam expectantes, ut, si qua itineris habuissent impedimenta, allegarent, et adhuc eos non videntes ad habundantissimam cautelam ad plures quam alios viginti dies supersedimus, post lapsum temporis in pre-
105 fata constituzione ‘Cupientes’ diffiniti, et quia nec infra illos omnes dies illi, qui expectabantur, non solum non comparuerunt electionem presentando, ymo nec procuratorem mittere curarunt cum mandato, nos volentes secundum concordata cum Almanica natione et constitutionem prefatam procedere, ut debebamus, declaravimus, uti constitutio ipsa habet, Leonardum plebanum in Tyrolis ab omni iure, si quod ex electione habuisset, quoad ecclesiam Brixinensem cecidisse canonicosque Brixinenses in penam prefate
110 constitutionis incidisse atque ad nos provisionem ecclesie Brixinensis tam ex concordatis quam alias de iure devolutam. Unde priorem nostram provisionem, quam de persona dicti Nicolai fecimus, et quem nostris manibus in pontificem illius ecclesie consecravimus²⁰⁾, ratificavimus et firmam esse voluimus et ita iusticia mediante declaravimus.

Wahlanzeige darüber nichts; sie gibt nur zweimal die Johanniskapelle in ambitu als (üblichen) Versammlungsort des Kapitels an. Das schließt weitere Versammlungen des Kapitels mit dem Herzog natürlich nicht aus. Die Wahl erfolgte im übrigen per compromissum.

¹⁵⁾ c. 43 X de elect. I 6: Quisquis electioni de se factae per saecularis potestatis abusum consentire prae-
sumperit . . . , ineligibilis fiat.

¹⁶⁾ Im Corpus juris canonici ist das, soweit ich sehe, nicht vorgeschrieben. Die dort eingeschärfte Anrufung des Heiligen Geistes (c. 14 X I 6) erfolgte nach ausdrücklicher Feststellung im Wahlprotokoll von 1450 III 14 (s.o. Nr. 872 Anm. 3) durch Feier einer Heilig-Geist-Messe, die dem Wahlakt voranging.

¹⁷⁾ Das Konkordat übernimmt hierfür die Dekrete Cupientes; s.u. Anm. 19. Über die darin gesetzten Fristen heißt es im Konkordat: ad tempus constitutum in constitutione . . . ‘Cupientes’ papa expectet.

¹⁸⁾ Bisher nicht bekannt.

¹⁹⁾ c. 16 in VIto de elect. I 6: Die päpstliche Bestätigung muß binnen drei Monaten nach der Annahme der Wahl eingeholt werden, wozu der Betreffende sich innerhalb eines Monats aufmachen und unter Berücksichtigung eines je nach der Entfernung bemessenen Zeitraumes einzufinden hat. Dieser kann um 20 Tage überschritten werden, doch ist der Hinderungsgrund innerhalb dieser 20 Tage anzugeben und innerhalb weiterer 15 Tage nachzuweisen.

²⁰⁾ Am 26. April 1450; s.o. Nr. 887.

Ex hiis omnibus intelligere poteritis, quanta nos solicitudine et paternali cura usi sumus in hac provi-
sione pro conservacione ecclesie Brixinensis et quomodo, ut nullus inobedientie color rebellibus rema- 120
neret, via iusticie ex superhabundanti procedere eligimus modo suprascripto. Que omnia ad vestram noti-
ciam pro vestra salute et cautela deducimus, ne aut potentia aut fallacia a via veritatis per fucatos rebellium
collores in perniciosum errorem seducamini ob facti ignoranciam atque quod potius veritati inherendo,
prout decet bonos christianos, in augmentum meritorum vestrorum rebellibus resistatis, eosdem ad apo-
stolice sedis obedienciam modis omnibus reducendo, ut inde nostram et dicte sedis benedictionem et gra- 125
ciam uberius mereamini. Volumus autem, quod harum litterarum nostrarum copie fidem faciant, ubi-
cunque fuerint ostense, perinde ac si principales seu originales littere huiusmodi exhiberentur vel osten-
derentur, ac illos, quos concernent, etiam perinde arcent, ac si originales littere predicte ipsis insinuate et
publicate extitissent . . .

Gratis pro persona cardinalis.

130

1450 November 2, Rom S. Maria Maggiore.

Nr. 941

Nikolaus V. an NvK. Er gewährt ihm einmaliges Zelebrationsrecht in S. Maria Maggiore.

Or., Perg. (Bleibulle ab): ROM, Bibl. Vat., Archivio di S. Maria Maggiore, ehemals Arm. C Scaff. III Cart.
§ n. CCXI, jetzt Perg. 218.

Kop. (1705/1712 durch Luigi de Chierichelli, Archivar von S. Maria Maggiore): ROM, S. Maria Maggiore,
Archivio Capitolare A VI (Bullarium Liberianum) I; zur Hs. s. G. Ferri, *Le carte dell'archivio Liberiano*,
in: Arch. Società Romana di Storia Patria 27 (1904) 149, und J. Coste, *Il fondo medievale dell'archivio di*
Santa Maria Maggiore, in: Arch. Società Romana di Storia Patria 96 (1973) 57f.; (kurz vor 1748/1752):
ROM, a.a.O. C III 44 (G. Bianchini, *Monumenta Basilicae Liberianae*).

Erw.: Ferri, *Carte (s.o.)*, in: Arch. Società Romana di Storia Patria 30 (1907) 162f. Nr. CCXXV (unter
falschem Datum 1454 XI 5, obwohl Bianchini, der das Archiv 1748/1752 ordnete, die Urkunde als n. CCXI
richtig ins Jahr 1450 eingereicht hatte); Meuthen, *Letzte Jahre 1455*; Coste, *Fondo medievale* 38 Anm. 144
(Datum wiederum wie Ferri).

*Er verleiht NvK auf dessen entsprechende Supplik das Recht, einmal an einem freigewählten Tag am Hochaltar in
S. Maria Maggiore eine feierliche Messe feiern zu dürfen.*

zu <1450 November>, Rom.¹⁾

Nr. 942

*Nachrichten in einer klevischen Gesandtschaftsinstruktion aus dem Januar 1452²⁾ über ein Gespräch
Hg. Johanns von Kleve mit NvK wegen der Erhebung Walrams von Moers zum B. von Münster und
über die für Kleve ungünstige Stellungnahme des NvK dazu.*

Entwurf (deutsche Erstfassung): DÜSSELDORF, HStA, Kleve-Mark III A 5f. 27-3v; (latein. Endfassung):

f. 4.

Druck: Hansen, Westfalen II 192-197 Nr. 118 (mit unzutreffendem Datum "1451 c. October"³⁾).

Erw.: Hansen, Westfalen II 26* und 59*f.; Sauer, Erste Jahre 166; Koch, Umwelt 39-42.

Hg. Johann habe sich nach der Erhebung Walrams von Moers zum B. von Münster⁴⁾ nach Rom begeben und sich bei
NvK tanquam bono fautori suo beklagt: quod de huiusmodi confirmatione non contentaretur propter ar-
chiepiscopum Coloniensem fratrem dicti domini Walrami. Er habe NvK die Sache querulose dargelegt: sicuti
singulari favorabili amico, prout idem dominus dux indubie presumpserat, cuius tamen integratatem ipse
dominus dux in plurimis punctis, ut sibi videtur, repperit vacillantem. NvK habe nämlich das ihm wohlbe- 5

¹⁾ Zum Datum s. Hansen, Westfalen II 25*-27*.

²⁾ Dazu des näheren in Acta Cusana I/3.

³⁾ Richtigstellung nach Sauer, Erste Jahre 166, und Koch, Umwelt 39 Anm. 1; s.u. bei der integralen Bearbeitung
des Stückes.

⁴⁾ Die päpstliche Provision erfolgte 1450 X 14; Hansen, Westfalen II 549 Nr. 461.